

queis inclusa, vestigium porrigam: quibusque tectis vel etiam tenebris abscondita, magnae Veneris ineuitabiles oculos effugiam b)? Quin igitur masculum tandem sumis animum c), et cassae speculae renuntias fortiter, et vltroneam te dominae tuae reddis, et vel sera modestia saeuientes impetus eius mitigas? Qui scias, an etiam, quem diu quae-ritas, illic in domo matris reperias?" — Sic ad dubium obsequium, imo ad certum exitium praeparata, principium futurae secum meditabatur obsecrationis.

Venus

b) *oculos effugiam*: Elm. Scriv. und Flor. *oculos tandem effugiam*, nach der einzigen Bert. Hand- schrift.

c) *sumis animum*: Eine Handschr. *sumis artibus animum*; zwei andere *summis artibus* Schrieb etwa Appul. *artibus*, d. i. *membris*, et *corpore quamuis defesso*?